

seu augmentum unius loci, transmis-  
si per concionatorem nostrum Tu-  
bingam euntem, quam non dubito  
tempori advenisse. Est autem exem-  
plum luculentum usus voculæ ὥστε  
Nam ubi Lucas dicit μεθ' ἡμέρας ὥστε  
ἢκτῶ, qui sunt una septimana inte-  
gra, ibi Matthæus & Marcus con-  
sensu scribunt μεθ' ἡμέρας ἐξ. Cui Ex-  
emplo possit adjungi alterum ex Jo-  
an. 6. v. 19. Cum navigassent sudis ὥ-  
στε εἰκοσπέντε ἡ πειάκοντα.

His jam literis alterius etiam loci  
illustrationem benè longam adjeci:  
quod si jam ultra locum corrigen-  
dum processerunt operæ, cura ut fi-  
ni libelli subjungatur.

Rogo autem etiam atque etiam,  
primo quoque tempore mihi signi-  
fices, quomodo comparatum sit cum  
exemplari, & num pepigeris cum  
Typographo, & ut procedant ope-  
ræ: